

sive ab interprete, sive à scribâ, que in Hebreo non habetur, neque in Septuaginta qui affirmatè legunt. Sunt qui simpliciter intelligunt, quasi Sapientia jubet filium suum cessare ab illâ disciplina que ducit ad errorem, vel ad errandum à verbis sive sermonibus veræ scientie. Talis est disciplina, non solùm philosophorum, quo à fide est aliena, sed vel hereticorum hypocrisis, vel Judeorum blasphemia, que à veritate catholica, qua sola scientia nomine digna est, errare nos volunt. Sunt qui inversum verborum ordinem esse putant, ut sit sensus: *Desine, fili mi, errare à verbis scientie, et audi disciplinam.* Sum demique qui *ascipinam, castigationem* intelligent, quasi rudimenta exordia fidei, in quibus semper docendo versari non debemus, sed in dies ad perfectoria ferri. Hebr. 6, ne nimis ex illorum numero qui semper discentes, minquam ad scientiam peruenient, 2 Tim. 3, ille enim aberrare quodammodo est à verbis scientie, ut scribit D. Paulus, Hebr. 6: *Quapropter intermitentes inchoationis Christi sermonem, ad perfectionem feramus, non rursum jacientes fundamentum patentibus ab operibus mortuis; et 1 Cor. 5: Lac vobis potum dedi, non solidum cibum.*

VERS. 28, 29.—*Testis iniquus deridet iudicium* (1), et *os impiorum* (2) devorat iniquitatem (5), vel abscondit iniquitatem. *Parata sunt derisoribus iudicia; et mallei pertinentes* (4) *stultorum corporibus.*

(1) Deludit justam sententiam, quia suo falso testimonio errare facit iudicem.

(2) Testium iniquorum.

(3) Ayide transiit, sicut gulosum cibum, et bene dicti devorat, et non masticat, quia si per deliberationem masticaret, amaritudinem culpe et peccata sentire, et sic non transglutinet. (Lyrinus.)

(4) Hebreus, percussions seu plague; Chaldeus verbera; Septuaginta, tum hic, tum in

CAPUT XX.

1. Luxuriosa res, vinum, et tumultuosa ebrietas; quicunque his delectatur, non erit sapiens.

2. Sicut rugitus leonis, ita et terror regis; qui probeat eum, peccat in anima sua.

3. Honor est homini, qui separat se a contentionibus; omnes autem sunt miscentur contumelias.

4. Propter frigus piger arare noluit; mendicabit ergo aestate, et non dabitur illi.

5. Sicut aqua profunda, sic consilium in corde viri; sed homo sapiens exhaustit illud.

6. Multi homines misericordes vocantur; virum autem fidem quis inventer?

7. Justus qui ambulat in simplicitate sua, beatos post se filios derelinquet.

8. Rex qui sedet in solo iudicio, dissipat omne malum intuitu suo.

9. Qui potest dicere: Mundum est cor meum: prorsus sum à peccato?

10. Pondus et pondus, mensura et mensura; utrumque abominabile est apud Deum.

11. Ex studiis suis intelligitur puer, si munda et recta sint opera ejus.

Hebr.: *Percussions corpori stultorum. Testis Belial et testis iniquus*, qui falsum profert testimonium, *לִיל*, ut superior frequenter monimus, duo significat, *deridere et loqui*, sive interpretari; juxta quem sensum hoc in loco *testis Belial*, h. e., nullus honoris, qui veritatem non curat, loquetur, scilicet *falsum testimonium in iudicio*, vel revera *deridet iudicium et contemnet* (rem inter homines maximè necessariam), dñm falso testimonio subvertit equitatem, que per bona et aqua iudicia conservatur. Hac vero *testis iniquus* floccatur. *Et os impiorum* (supple *iudicium*) devorabit iniquitatem. Sic interpres. Hebrei potius sequuntur aliam significationem hujus verbi *לִיל*, quod etiam *abscondere significat*; ut sit sensus: *Judicia instituta sunt ut iniquitates detecte per veros testes et bonorum iudicium sententias puniantur*; sed longè alter usus venit subinde, dum *testis Belial loquuntur falsum testimonium in iudicio*, et *iniqui judices abscondunt iniquitatam malorum*, quos adductos in iudicio ponunt oportuit, et imprimis huius falsos testes; ut sequitur: *Praparata sunt iudicia derisoribus*; aliter: *Testis Belial*, qui falso testimonio subvertunt iudicium Dei, quod contra illos proficeret. *Et os impiorum* (supple *testium*, vel *iudicium*) *ansconat iniquitatem*, quasi non essent parata contra illas iudicia. Sed longè decipiuntur. Nam vero iudicio Dei condemnabuntur et peccata dabunt in *igneui paratus est diabolus et angelis eius*, Matth. 25; et hoc est quod ante dixit: *Falsus testimonio erit impunitus. Porro maliti in Hebreo non habetur, sed unica dictio quae percussions significat, testibus Septuaginta, qui vertunt: Καὶ τυπωτοὶ ἀριστοὶ, et συμπλίκη μικρή στολὴ.*

futuro *parata sunt à Deo corporibus*, sed et animis stultorum, impiorum; q. d.: Non impunit insaniunt. (Tirinus.)

CHAPITRE XX.

1. Le vin est une source d'intempérance, et l'ivrognerie est pleine de désordres; quiconque y met son plaisir, ne deviendra point sage.

2. La réue du roi est comme le rugissement du lion; quiconque l'irrite, pèche contre son âme.

3. C'est une gloire à l'homme de se séparer des contestations; mais tous les imprudents s'embarrassent dans des disputes qui leur attirent la confusion.

4. Le paresseux n'a pas voulu labourer à cause du froid; il mendierai donc pendant l'hiver; et on ne lui donnera rien.

5. Le conseil est dans le cœur de l'homme sage, comme une eau profonde; mais l'homme prudent l'y puise.

6. Il y a bien des hommes qu'on appelle miséricordieux; mais qui trouvera un homme fidèle?

7. Le juste qui marche dans sa simplicité, laissera après lui ses enfants heureux.

8. Le roi qui est assis sur son trône pour rendre justice, dissipera tout mal par son seul regard.

9. Qui peut dire: Mon cœur est pur; je suis exempt de péché?

10. Le double poids, et la double mesure, sont deux choses abominables devant Dieu.

11. On jugera par les inclinations de l'enfant, si un jour ses œuvres seront pures et droites.

12. Aureum audientem, et oculum videntem, Dominus fecit utrumpot.

13. Noli diligere somnum, ne te egestas opprimat; aperi oculos tuos, et saturare panibus.

14. Malum est, malum est, dicit omnis emptor: et cum recesserit, tunc gloriaribut.

15. Est aurum, et multitudo gemmarum; et vas pretiosum labia scientie.

16. Tolle vestimentum ejus, qui fidejussor exstitit alieni; et pro extraneis aufer pugnus ab eo.

17. Suavis est homini panis mendacii; et postea impletum est os ejus calculo.

18. Cogitationes conciliis roborantur; et gubernaculum tractanda sunt bella.

19. Ei qui revelat mysteria, et ambulat fraudulenter, dilatat labia sua, ne commiscarisi.

20. Qui maledicit patri suo et matre, extinguetur lucerna eius in mediis tenebris.

21. Hereditas ad quam festinatur in principio, in novissimo benedictione caret.

22. Ne dicas: Reddam malum; expecta Dominum, et liberabit te.

23. Abominationis apud Dominum pondus et pondus; statuta dolosa non est bona.

24. A Domino dirigitur gressus viri; qui autem hominum intelligere potest viam suam?

25. Ruina est homini devorare sanctos, et post vota retractare.

26. Dissipat impios rex sapiens: et incurvat super eos fornicate.

27. Lucifer Domini spiraculum hominis, que investigat omnia secreta ventris.

28. Misericordia et la vertu conservent le roi, et la clémence affermit son trône.

29. La force des jeunes gens est leur joie; et les cheveux blancs sont la gloire des vieillards.

30. Le mal se guérira par les meutrières livides, et par les plaies qui pénétreront jusque dans le secret des entrailles.

COMMENTARIUM.

VERS. 4.—*LUXURIOSA RES EST VINUM, ET TUMULTUOSA EBRIETAS* (1). Hebr.: *Derisor vinum, tumultuosus saceram; et quicunque errat in hinc re, non erit sapiens.*

Septuaginta secundus est D. Hieronymus, et D. Paulus inquit: *Nolite inebriari vino, in quo est luxuria*, Ephes. 5. Hac voce *γάρ*, quam vel *derisorum*, vel *interpretum* significare frequenter.

(1) Superioris Solomon repressit rationabilem partem et inascebilem; hic reprimit concupiscentib; et primo quantum ad potum, secundo quantum ad cibum.

Prima in tres secundum tria capitula ita quod in primo facti propositione, in secundo removet dubium; in tertio ponit dicta repressionis effectum. Circa primum dicitur: *Luxuriosa res, suppte, est vinum, scilicet effectivè*; unde dicit Hieronymus: *Vester mero astuans, citio sputnat libidinem.* Unde et Loth per vini potum communis cum filiabus suis incestum, Gen. 19. Et *tumultuosa res, scilicet, est coriaria, quia tunc homines loquuntur effrenata et clamore.* Quicunque his delectatur, scilicet ebrietate et luxurie, non erit sapiens, quia utrumque absorbet rationem, et causat mentis hebetitudinem. (Lyrinus.)

12. L'oreille qui écoute, et l'œil qui voit, sont deux choses que le Seigneur a faites.

13. N'aimez point le sommeil, de peur que la pauvreté vous accable; ouvrez les yeux, et rassasiez-vous de pain.

14. Cela ne vaut rien, cela ne vaut rien, dit tout homme qui achète; mais après qu'il se sera retiré, il se glorifiera.

15. On trouve assez d'or, et assez de perles; mais les lèvres savantes sont un vase précieux.

16. Otez le vêtement à celui qui a répondu pour un inconnu, et emportez des gages de chez lui, parce qu'il s'est obligé pour des étrangers.

17. Un pain de mensonge est doux à l'homme; mais ensuite sa bouche sera pleine de gravier.

18. Les pensées s'affermisent par les conseils; et la guerre doit être conduite par la prudence.

19. Ne vous familiarisez point avec un homme qui découvre les secrets, qui use de déguisements, et dont la bouche est toujours ouverte.

20. Quiconque maudit son père et sa mère, sa lame s'étendra au milieu des ténèbres.

21. L'héritage que l'on se hâte d'acquérir d'abord, ne sera point à la fin bénit de Dieu.

22. Ne dites point: Je rendrai le mal; attendez le Seigneur, et il vous délivrera.

23. Avoir deux poids est en abomination devant le Seigneur; la balance trompeuse n'est pas bonne à ses yeux.

24. C'est le Seigneur qui dresse les pas de l'homme, et qui est l'homme qui puisse comprendre la voie par laquelle il marche?

25. C'est une ruine à l'homme de dévorer les saints, et de retracter les veux qu'il a faits.

26. Le roi sage dissipe les méchants; et il les fait passer sous son arc de son triomphe.

27. Le souffle du Seigneur est dans l'homme comme une lame divine qui découvre ce qu'il y a de plus secret dans ses entrailles.

28. La miséricorde et la vérité conservent le roi, et la clémence affermit son trône.

29. La force des jeunes gens est leur joie; et les cheveux blancs sont la gloire des vieillards.

30. Le mal se guérira par les meutrières livides, et par les plaies qui pénétreront jusque dans le secret des entrailles.

luxuriosa res in hoc libello, ut videatur in genere intelligere quodvis delictum. Quod ad probos mores spectat et sapientie studium, nihil omittit Sapiens; nunc communiter veluti remp. purgans, et instituens, et supereris in his quae dicta sunt de iudicis; nunc ad filium suum, hoc est, seorsum unumquemque corrigenus et instituens, quibus rationibus sapientia officiatur, ut hoc in loco ebrietatem vehementer dammat, non solùm tanquam alienissimam à sapientia, sed etiam quod homines portrahant ad plurima mala, et in primis ad nugas et vanitatem. Ad sensum perfectum in Hebreo deest aliiquid. Sunt qui supplent ad hunc modum: *Vinum officit derisorum;* ali si: *Vir vino deditus est derisor, sive nugator; sive denique: Qui bibit vinum et saceram, immodi videbit (nam hoc est quod sequitur: *Quicunque errat in eo, non erit sapiens*), cum nugs delectatur et turbis sive tumultibus, qui tranquillitatem animis perturbant, ut non possit rebus gravibus vacare. Per vinum*

et siceram quascumque delicias corporis possumus intelligere, que ferè anime virtutibus obstant.

VERS. 2. — *Sicut rugitus leonis, ita et terror regis; qui provocat eum, peccat in animam suam.* Hebr. : *Rugitus velut leonculi est terror regis; qui irascitur contra eum, peccat in animam suam.* De furore regis superiore capite disserimus, cuius denuo mentionem facere opportunum visum est post sermonem de cibitate: insinuans quam aliena a sapientia sit ebrietate, per quam *ira* et *indignatio regis* quandoque provocatur, *qua*, ut superius legimus, *quasi multus mortis est.* Et hoc est quod dicit: *In animam suam peccat, et vitam in sumnum discrimen adiicit, non minus quam* is qui rugitus leonis sustinere non valens, in potestatem illius venit; nam ut longe aliud est de terrore leonum absentem loqui, aliquid pro rugitu animalis audire, ita multis levè videtur contra regem irasci, illius provocare furorum, quod quam horrendum sit, supponit capitis nomunquam experientur, et regie majestati successores danno non possunt esse, sed *in propriis animis et vatis peccant*: quanto magis qui Christum blasphemari et injuriis vel olim in cruce pendentes, vel hodie regnantes in coris afflictionem, illius ledere non possunt majestatem, sed propria animas gravissimo peccato obnoxias afficiunt, hoc est, *in animis suas peccant?*

VERS. 3. — *HONOR EST DOMINI QUI SEPARAT SE A CONTENTIONIBUS: OMNES AUTEM STULTI MISCENTUR CON-TUMELIS.* Hebr. : *Honor est vix cessare à tibi, sed omnis stultus miscerbit se.* Non solum contra regem irasci et contendere est alienum à sapientia, sed cum quovis homine, inquit quicunque et alienum esse à sapientia, est summa laus, prorsim cùm sit difficultatum nullius animum offendere, cum omnibus hominibus pacem habere Rom. 12, id quod quando difficilis fuerit, tanto majoris laudis. *Contra litigios, vel scatari vel misericordia, ubi quicunque potes, extreme dementia est.* Alter, pendent à praecedente versiculo, et cùd sensu: Ut in animam suam peccat qui regem provocat ad indignationem, ita à rege magnam inhibit gratiam, et etiam honores assequetur, qui pacis et tranquillitatis amator est. Hanc posteriori expositionem sequitur Aben Ezra. Alioquin simpliciter intelligi potest: Honorem assequetur ab omnibus, ut puta communis omnium animus, qui alienus est à contentioibus.

VERS. 4. — *PROPTER FRIGUS PIGER ARARE NOLUIT, MENDICABIT ERGO ESTATE, ET NON DADITUR ILLI.* Hebr. : *In hieme, vel propter hiemem piger non arabit, vel non solet arare: petet in aestate, et non est;* hoc est, mendicabit panem, et non est qui (supple) det illi; *vel petet ab agricultorū annuum, et nulla erit.* Sed prior exposito et melior, et similitudo sive parabola videtur, quasi dixerit: Quemadmodum est qui vel labores subire, vel frigus ferre recusat, aut quanquamque aeris injuriam, nec fructus in messe colligere, nec necessarium satiandum per reliquum annum habere poterit, sed auctoritate coactus turpiter mendicare cogetur, et neque ita poterit necessarium eum acquirere. Terra quam quisque arare debet est caro propria: in hieme, hoc est,

in hac mortali vita, qua ferè deficiente charitate friget; unde sepiores et pigrī officinam, recusantes per penitentiam et dolorem de peccatis, scindere corda nostra, et vitia radicitibus evellere per auditum verbi, bonum semet inter varias cogitationes tanquam glebas recomponere, ne in aestate futura vita cogamur mendicare cum stolidis virginibus: *Date nobis de ovo vestro,* Matth. 25. Electre quoque possumus interpretationem ad studium et industriam quam in juventute subire oportet, quasi nullos recusantes labores, quo tandem in aestate, hoc est, serenitate et tranquillitate animis, sedatis videbile affectibus, ex nostro veletri peno doctrinam necessariam promovere possumus, ut non sit necessum nobis doctrinam et pacem Scripturam ab indecoto hereticis mendicare.

VERS. 5. — *Sicut aqua profunda consilium in corde viri (1); sed homo sapiens exhaieret illud (2).* Consilium et sapientia que est in corde viri sapientis confert aqua profunda, quid inexacta sit; nam ut illa quālibet nullus haerentibus absuni non potest, ita non immunitur sapientia et consilium, quamvis plurimi facient participes illius. Sunt tamen ex Hebreis qui similitudinem referant ad integratorem consilii et puritatem sapientiae. Nam aqua profunda limpidior fluit, ne conculeata a præteritum contaminatur; si sapientia viri consilium est sincerum, nec humano favore aut ambitione lutulentum. Potest deinde queri similitudo ad difficultatem haerentium. Nam quia putens aquarum altior et profundior est, è mero negotio haerimus; q. d.: Prudentis viri consilii non sunt capaces omnes; sed ut magna, profunda et rara sapientia opus est et alii moderae debet suo consilio, ita non est ejuslibet optimum consilium capere; solus qui prudens est solum consilium capiet. Alter: *Vir prudens haeret illud, supple ex sermone illius;* q. d.: Quantumvis profundum et secretum fuerit concilium viri sapientis, tamen alius vir non minus prudens et sapiens particeps illius erit. Valde profunda sunt consilia illius viri de cuius ventre fluant flumina aquarum vives. Joan. 7, quox non omnes capiunt, sed quibus data est sapientia et prudenter a Deo et credunt Evangelio.

VERS. 6. — *MULTI HOMINES MISERICORES VOCANTUR; VIRET AUTEM FIDELEM QUIS INVENTET?* Hebraica veritas ambigua est; nam omnibus his modis verti potest: *Plurimi homines predicabant virum oī misericordiam suam;* vel: *Multus landabunt homines virum misericordiam;* vel: *Magis homini predicabat unusquisque misericordiam;* vel denique: *Sunt multi homines quorum unusquisque predicabat misericordiam suam;* q. d.: Gloriabitur de misericordia quam fecit. Hunc sensum

(1) Significat profundum admodum esse cor hominis; sic Jer. 47, 9, dicitur: *Pravum cor hominis, et inscrutabile, vel, ut alii interpretantur, profundum pro omnibus, aut desperabile, quid scilicet tanta sit altitudinis, ut illius cognitione quis desperare possit.* (Menochius.)

(2) Ad ima penetrabit, et quasi abyssu exhausta consilla, que latebant, sua soleritatem investigabit et cognoscet. (Menochius.)

secutus est Aben Ezra, et non est alienus ab alio superioris capituli versiculo: *Desiderium hominis misericordia ejus: quo corrigit Sapientis et reprehendit, inquietus: Et virum fidem quis inventet?* q. d.: Tantum abest ut quisquam merito possit hoc nomine laudari ut vix quemquam inventus quem vere fidem appellare possit, iuxta illud, Jac. 1: *Qui verbo non offendit, hic perfectus est vir;* vel, *fidem quis inventet?* qui nemini inferat injuriam, qui promissa servet; ut jam nemo debeat misericordiam jactare quam facit quibusdam hominibus, cum in alios parva fiducia aut justus inventatur, vel potius cum erga Deum sit infidelis, promissa male observans. Multa magis arridet prior verso et intelligentia, que est huiusmodi: *Multi laudant virum, supple propter misericordiam suam, quam fecit illis;* nam nulla virtus plus favoris aut gratia conciliat homini quam liberalitas et beneficentia, quia Deum optimum maximum quadammodo imitantur homines. *Sed fideles quis inventet?* hoc est, rari sunt qui repudiant par pri. Si enim interpretatur Hebrei *Fides veritas, et ἐπίσκοποι fideles,* qui fideli repudiant beneficium vel debitum gratiarum actionem, sunt validè pauci. Frequenter enim in Scripturis sacris conjunguntur hec duo nomina, *Fides et ἐπίσκοποι, misericordia et veritas,* quorum hoc beneficium ultra collatum, illud verò agnatum et restitutum significat. Apud Hebreos *Fides veritatem facient dicuntur qui quod debent praestant;* obligati videbile praestant veritatem; sed *τὴν misericordiam* præstant qui merita liberalitate uituntur. Ex hoc loqui videat desumptum illud Evangelicum, Matth. 24: *Sic putas est fidelis servus et prudens?* Ille loquendi modus raritatem significat, non negat neminem repesciri, ut 1 Sam. 2: *Si quis peccaverit in Deum, quis orabit pro eo?*

VERS. 7. — *JUSTUS QUI AMBULAT IN SIMPLICITATE SUA, BEATOS POST SE RELINQUET FILIOS.* Hebr. : *Ambulant in perfectione sūd fusti, beati filii illius post eum.* Ob honestatem et liberalitatem magnum laudem assequuntur homines; sed qui justus est et perfectus, maiorem, utpata cuius laus, ab liberis et nepotes extenditur. Erunt enim beati post mortem illius, hoc est, felices habiti qui taliter habuerunt patrem; vel revera beat, sequentes videbile vestigia patris, et in perfectione ambulantes; q. d.: Non ob virtutem solam, sed ob actionem virtutis sunt justus homines et beati, nam *ambulare in perfectione* est de virtute in virtutem procedere. Est, præterea, observandum in Hebreo haberi non simpliciter ambulantes, sed facientes *seipsum ambulare, ut justus intelligatur,* non qui timore legis aut poenae non transgreditur, sed qui sui spoule et liberenter ambulat in perfectione, iuxta illud D. Pauli Hebr. 6: *Ad perfectionem feruntur. Justus ista qui in perfectione ex se ambulat est Agnus ille sine macula, qui peccatum non fecit, nec est inventus dolus in ore ejus,* 1 Pet. 2, cujus filii sunt beati, si fecerint, que precepit eis, Joan. 45. Hic etiam rex est de quo sequitur:

VERS. 8. — *REX QUI SEDET IN SOLIO JUDICI, DISSIPAT OMNE MALUM INTUITU SUO, vel oculis suis (1).* Si ex pre-

(1) Un roi s'assied sur un trône où Dieu l'a mis, lors-

cedente versiculo pendeat Deum optimum maximus, regem intelligimus, qui perpetuo super solium judicii sedat, et novit qui sint ambulantes in perfectione, qui sint justi. *Novit Dominus viam iustorum;* impios vel primo intulit dissipat et dispersit. Non indiget vinculis neque satellitibus ad coercendos malos, sed solo intuitu in fogam convertit suos hostes. Juxta sensum simpliciorem intelligimus quam utile sit reprobare ut reges suo fungantur numerare, hoc est, judicia exercere, causas cognoscant. Nihil enim magis ad malefactores, reprobantes pestes, coercendos facit, quam judicia cum omni aquitate et auctoritate trahata. Solidum auctoritas est regia cuius aspectum matchei non sustinet, cum sedet ut judicium faciat et decernat quid uniusquisque merentur. *Dissipat vel dispersit:* intelligimus animadvertingendo in malos. Vel *dispergit,* quia timore portentum, ne ad conceptum regis veniam, desinunt esse mal. Ad reges igitur et ad eos qui auctoritate pollent propriè spectant haec. Ceterum ad quenam veluti sensu proverbiali poteris dicerere, si in cuiusvis animo veluti rem publicam constitutas, in quā mens et ratio veluti regina ceteri's potestis presidet, quia si in judicio vigilanter sedeat, decernens inter bonum et malum iuxta verbum Domini, et voluntaria ponentia castiget rebiles animi motus, facile dissipabit mala Dei auxilio, et ab omni malo et majoribus peccatis transgullum reddet regnum anima. Sed ex seipso hoc nemo poterit, justa id quod sequitur.

VERS. 9. — *QUI POTEST DICERE: MUNDUM EST COR MEUM, PURUS SUM A PECCATO (1)?* vel: *Mundavi cor qu'il s'applique à soutenir par lui-même sa dignité, et à s'acquitter de tous ses devoirs. Son trône est un trône de justice, lorsqu'il est persuadé que, puisqu'il tient la place de Dieu, il doit faire sur la terre ce que Dieu fait dans le ciel, en se déclarant, comme lui, le vengeur des crimes, le père des pâtures, et le protecteur de l'innocence opprimée.*

Lorsqu'il agit de la sorte, il dispose de tous les maxims par son seul regard: car il veut tout de ses propres moyens, et ses yeux ne sont troublés par aucun image. Le rang même qu'il tient dans le monde, le met au-dessus de toutes les préventions basses et intéressées des particuliers: il comprend sans peine, que les actions de bonté, de générosité et de justice, sont les sources de sa véritable gloire.

Dieu l'a mis au-dessus des hommes; mais il met l'équité et la raison au-dessus de lui. C'est pourquoi, comme Job disait de lui-même, il veut être exactement informé de toutes choses: il se déclare l'ennemi de ceux qui lui déguisent la vérité; et il croit, que la plus grande injure qu'on puisse lui faire, est de l'informer, par de faux prétextes, contre ceux qui seraient plus dignes de ses grâces, que de sa colère, et de rendre la puissance royale, l'instrument de l'injustice d'un particulier. Ainsi son seul regard procure tous les biens et dissipe tous les maux. Il est roi, non seulement par sa qualité, mais par sa sagesse; et il devient véritablement l'image de Dieu, l'admiration des hommes, la gloire de la Religion, l'amour de son peuple et le salut de ses états. (Sacy.)

*(1) Quomodo hic locutus et similes intelligendi sint, explicat concilium Trident. sess. 6 can. 23, his verbis: *Qui dixerit hominem posse in tota vita peccata omnia, etiam venialia, vitare, nisi ex speciali Dei privilegio, quemadmodum de beata Virgine tenet Ecclesia, inveniatur.* Sic August. Enchirid. cap. 64, assert. viijani justo-*

meum. Quamvis multi gloriantur de misericordia quam fecerunt, et quamvis justus sit qui ambulet in perfectione, quamvis denique mens et ratio sedeat super solium iustitiae, ut nihil faciat nisi cum summa exequitate, ut in precedentibus disserimus, tamen de sua puritate nemo potest glorari, dicendo : *Mundus sum, innocens seruari cor meum ab omni iniuste;* nam non est homo super terram qui sic ambulat in perfectione ut non peccet aliquando, Eccl. 7. Id quod non omnes intelligent. In modo hypocritas latet, juxta parabolam Evangelicam vel historiam potius de Pharisæo et Publicano, quorum ille dixit : *Non sicut ceteri hominum,* Luc. 18. Porro, quis potest dicere : *Inocens feci cor meum à peccato, in quo conceperis sum?* juxta id quod dicit Prophet : *Ecce in iniuritatem conceptus sum, Psal. 51; vel denique à delicto iuvenitus meo.* Quis dicit : *Mundus feci cor meum?* ut duplice sensum intelligamus, neminem videlicet posse neque scipsum sine gratia servare mundum, neque commissum aliquando peccatum posse ex se sine Dei auxilio purgare, preter Agnum illum sine macula, quem versiculos secretori sensu iusinuit. Non enim nullum sed rarum quampli significat hic loquendi modus : *Quis dicit?* Cum sensum significat habeat plurimis modis occulitum, merito inter Proverbia numerari potest, humilitatem in primis commendans hominibus, per quam agnoscere debent illius honestatem cuius beneficium solem innocentia aliquando habebimus corda.

VERS. 10. — *PONDUS ET PONDUS, MENSURA ET MENSURA, UTREXTE ABOMINABILIS EST ACUD DEUM* (1). Hebr. : *Abominatus Dominus etiam haec dabo;* q. d. : Non solum furum et rapinam execratur Dominus, sed fraudem quamcumque quamlibet occulitum, praesertim eam quae latenter in plurimos fit, et quasi contra publicanum fit utilitatem, dum multorum tactura et populi dispendio amnis privati huiusmodi incurat et comprehendit quartus, id quod improbi faciunt mercatores, majore pondere comparantes, et minore vendentes. *Rex qui sedet super solium iustitiae,* ut superius lectum est, hoc non potest pati, sed cognitio sua dissimilabitur, et hoc malum inter cetera, ut ad superiora referatur. Significat pro verbium multa esse que Deus abominatur vita, etiam si a rege dannari non possunt, utputa occidit; prorsus non minus injuriam fieri, etiam si qui patitur non possit conqueri. *In pondere et pondere et mensura et mensura iniqua iudicantur,* vel privatim si quis reprehendat et rurum esse posse sine crimine, et non sine peccato; item liberum, in Joren. 17; et Gregor. lib. 18 Moral. cap. 4: *Siquidam est, inquit, quod sunt peccata quae a justis vitari non possunt. Non quod ullum sit nominatum quod secundum cursum presentis fragilitatis non vitatur; hinc patres dixerunt non posse vitari, scilicet nisi ex singulari Dei privilegio, ut verba conciliari explicant. Nam aliqui error Manicheorum est, hōminem non posse vitare peccatum, et similliter omnium fere hereticorum nostri temporum.* (Estius.)

(1) Sensus est : Diversa pondera, et diversi modi, aqua abominationis sunt Domino, ut his nominibus que libet mensura intelligatur. Et contra eos loquitur Sapientia, qui majore mensurā emittit, et minori venit, fraudantes de mensurā publica, quod manifestatio et ab omni iniquitate est. (Estius.)

dammat in uno quod in alio bene factum esse laudat, vel in se permittit quod in vicino non possit tolerare, hic pondere uitit et pondere, mensurā et mensurā. Res quoque sive principes qui sedet super solium iudicii, si non utitur lapide et lapide, ut est in Hebreo, ep̄ph et ep̄ph, dissipavit omne malum oculo et cognitione suā. Quōd si personarum actionem admittat, edem criminis videlicet et fīsēm circumstantias aggravata sententia veluti ponderibus librās, *Domino erit execrabilis, apud quem non est personarum acceptio, sed in omni gente qui timet Deum et operatur justitiam, acceptum ratione illius.* Act. 10.

VERS. 11. — *EX STUDIIS SUIS INTELLIGITUR PUEB, SI MUNDA ET RECTA SINT OPERA EJUS* (1). Hebr. : *Etiam ex studiis suis se notum facit puer, si purum et si rectum opus illius;* vel : *Etiam ex operibus suis ignotus se faciet puer.* Nihil proverbalis sensus videtur habere si juxta litteram exponentur, esse videlicet et apparere vestigia quedam seu virtutum seu virtutum in his que agunt pueri, quibus scire quodammodo licet quales olim proiectioris existat sunt futuri. Sunt ex Hebreis qui pra ambiguitate hujus verbū, quod cognoscere significat et alienare, sive alienum et ignotum esse, vel occultare, ut ferè contraria sint significata, ita in sensu omnino contrarium exponunt versiculum, nempe ut pudent sensus ex precedentibus ad hunc modum : *pondere et pondere occultari fraudis, etiam in studiis (seu operibus) suis ignotus erit puer,* ut non possit ex his quae puer agit satis scire qualis adulsus sit futurus, an pura videlicet et nuda sint futura illius opera et recta, necne.

VERS. 12, 13, 14. — *AUREM AUDIENTEM, ET OCULUM VIDENTEM, DOMINUS FECIT UTRUMQUE.* (Alter: *Dominus fecit etiam utrumque.*) *Noli diligere somnum, ne te egestas opprimat : Aperi oculos tuos, et satu rare panibus. MALUM EST, MALUM EST, DICIT OMNIS EMPATOR, ET CUM RECESSET, TUNC GLORIARIB; vel : Et radens tunc iactabat se.* Diversa sunt stadia juvenum, ex quibus quales sunt futuri proiectoris atatus congettura facere licet; et quamvis alii boni, alii mali evadant, tamen ad sapientiam assequendam omnes sunt creati à Deo, et tan anima quām corporis viribus prædicti. Nam per sensus exteriores internas anime vires et potentias intelligimus. Inter sensus corporeos auditum et visum ad rerum cognitionem percipiendum maximum habere momentum etiam philosophi tradunt : id quod Sapiens hoc in loco docet; et interim corripit ignorantes et pigros in his que ad salutem spectant et ornamentum animarum, inquiens : *Aurem audientem;* q. d. : *Deus fecit aurem ad scientiam et sapientiam evangelicam hauriendam,* dicente Dom.

(1) *תְּבִיבָה*, hoc verbum duos contrarios sensus possit offere. Si verlanus, alienabitur, id est, ignotus erit, efficit hunc sensum, difficile esse ex pueritia iudicare, qualis quisque futurus sit vir: fūxilis enim valde, atque mutabilis est ea acta. Si vero aliā verbi significacionem sequatur, veritasque cognoscetur, sensus erit : Ex puerorum studiis, id est, ex moribus et inde, ex Iudis ipsis, quibus delectantur, conjecturant fieri posse quales futuri sint ejus jam viri mores. (Maltonatus.)

mino toties in Evangelio : *Qui habet aures audiendi, audiat, Luc. 8.* Et fecit oculum ad opera Conditoris contemplanda, ex quibus semperne ejus virtus et divinitas conspicuntur, Rom. 1. Reprehendit infidelium et gentilium errores, qui negant Deum curare res mortales aut actiones humanas, cùm dicit : *Noli diligere somnum;* q. d. : Utere corporis et animae dotibus in eum finem ad quem sunt destinate. In somno nullus est usus nec vistis nec auditus, imò nullorum sensuum. Quid si mea monita spernas, et otio magis quam honesto studio etiamnum juventis oblectare te volueris, habe saltum rationem victis tui, que ne ad egestatem devenias; tantisper vigila donec victimi necessaria compares. Aperi oculos fidei, et saturare pane qui de celo descendit, et dat vitam mundo, Joan. 6. Aperi oculos igitur, et excute somnum quamlibet suavem; ad labores accingere, quamlibet graves in initio videantur. Non principia, sed fines perpende; nam ex somno paupertas et inedia, ex vigilâ et studio copiarum et abundantia paupis et deliciarum comparantur. *Malum, malum est, dicit omnis empator.* Exemplo mercatorum vult nos spectare non initia, sed fines laborum. Ut enim illi rem primò vituperant quod vilium emant, deinde ubi emerint jactant se et gloriantur de sua sive industria sive peritia in rebus comparandis; si sapientia, in cuius acquisitione vigilare et laborare sumus filium notum Sapiens, minimus juveniles arribet; sed malum est, malum est, inquit, mané somnum excutere, et litterarum studiis sive rebus divinis indulgere; sed olim ex ephesib; et puerilib; annis egressi, ubi maximis sudoribus, veluti negotiator, Matt. 15, venditis omnibus unicam sibi marginariam comparaverint, sibi gratulabuntur ipsi. Porro illa verba : *Cum abierte, vel recesserit sibi,* in Hebreo چ ۷۷۸، et transiens sibi, et pro rem optimam optinet refertur, ut si sensus : *Meres comparata non placent mercatoribus cum emuntur, sed dicunt :* Malum est, malum est quod emi; *verum cum est sibi, et foris egredierit quod emi;* q. d. : *Cum benē vendit et multum turcat, tum tandem laudat se quod noverit pro te.* Idem in studio sapientiae cogitandum est de fructu videlicet quem sapientia profert, non de laboribus quibus acquiritur. Possimus denique illa verba : *Malum est, malum est, dicit omnis empator,* ad labores et pericula referre coijusmodi subito solent mercatores, juxta illud Horatii :

*Impiger extrelos currit mercator ad Indos,
Per mare pauperiem fugiens, per saza, per ignes.*

Sed melius ad verba emuntur referuntur, propter ea quae sequuntur, quibus prudenter sive scientia laborum laudantur.

VERS. 15. — *EST AURUM ET MULTITUDO GEMMARI;* *ET VAS AUTEM PRECIOSUM LABIA SCIENTIE.* Duplex est intelligentia : Prima : *Facile sibi comparat opes, aurum et multas margaritas, et vase pretiosas,* qui pollet scientiam laborum; hoc est : *Vix sapiens et eloquens faciliter potest ditescere,* ut jam juvenibus debeat prima cura haberet de sapientia, non de mercatura, aut aliis artibus quibus opes acquiruntur. *Facile est,* diebat olim

Thales Milesius, philosophus dicescere, si velint. Id quod reipsa ostendit; nam perspecta per cursum siderum olei futura charitate, omnes totius provinciam comparat olivas; quārē dives admodum evasit. Secunda intelligentia versiculi, que magis placet, nempe *labia scientie,* hoc est, sapientia cum eloquentia conjuncta, *præstans auro, margaritis, ant quibuslibet vase pretiosis.* Vel denique subintelligitur littera similitudinis, et erit sensus, *labia scientie esse homini velut parvum, velut vase pretiosa;* ut si sensus : Sapienti non possunt deesse ornamenta externa; aut : Hoc non curat sapiens, cūm his moltò habeat magis pretiosa. Levi Ben Gerson sic : *Sunt qui auro et lapidibus pretiosis abundant;* sed tamē res pretiosas, ut sunt *labia scientie,* non sunt illis.

